

Johann Simonius


**EPIHALAMIVM || Illustrißimis Sponsis:|| Illustrissimo principi ac Do-||mino,
Dno.|| ADAMO WENZESLAO,|| Duci in Silesia Teschinensi &c.|| & || ... Dnae.||
ELISABETHAE || Natae in Livonia Curlandiae et Semi-||galliae Principi etc ||
Scriptum || à || JOANNE SIMONIO || Poëseos in Acad. Rhodopo-||litana
Professore.||**

Rostock: Möllemann, Stephan, 1595

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1740987888>

Druck Freier  Zugang





2806

4. Dd. 6

Heber V-5344

with 4 more 11/

69-2065 1-30

(son)

Roxburghe Lib adm
— 4 —





EPITHALAMIVM

Illustriſsimis Sponsis:

Illeſtrissimo principi ac Do-
mino, Dno.

ADAMO WENZESLAO,

Duci in Sileſia Teschinensi &c.

&

Illeſtrissima Principi ac Domi-
na, Dna.

ELISABETHÆ

Nata in Livonia Curlandia & Semi-
gallia Principi &c

Scriptum

à

JOANNE SIMONIO

Poëſeos in Acad. Rhodopo-
litana Professore.

ROSTOCHII

Ex Officina Typographica Stephani Myliandri

A N N O

cō 15 Vc.

6



Illustrissimo principi ac Do-
mino , Dno.

ADAMO WENZESLAO,

Duci in Silesia Teschinensi &c.
&

Illustrissima Principi ac Domi-
nae , Dnae.

ELISABETHÆ

nata in Livonia Curlandia & Semi-
gallia Principi : Sponsis Illustriss.

Domino & Domina meis
Clementissimis

Epithalamium
hoc
Submissè reverenterq; offero, dico, consecro

Joannes Simonius.



EPITHALAMIVM.



Ronuba cœruleis liquidum per inane
quadrigis (nitenti
Invehere, & magnis vultu bona Iuno
Sis præstò sponsis! seu te colit Inachus,
oras

Sive habitas nunc Tænarias, veteresq; Mycenæ.
Tuq; hymen hymenæe, hymen ades ô Hymenæe!

Varne, quid in gelida tua proluis ostia Balthe?

Siste pedem placidus, versisq; relabere lymphis,
Perq; caput propera per finitimosq; Batinos,
Marchiacosq; agros, obliquo flumina cursu
Torque in squammigera exultantem gente Viadrum,
Infrâ quâ Viadri primum se tollit aquæ vis.
Namq; miser Varni pulsus spumantis amore,
Varnæ languenti nymphæ tabescit amore..

Nec quicquam fluvij excepti, fontesq; perennes
Correpto prosunt, tantis incendia tantis
Viribus insurgunt! tanta est sub flumine flamma!
Nî quæ Varne tuis fecisti incendia Nymphis,
Hæc Viadro ipse tuis tollas incendia lymphis,
Euphrati & Tanai, Theuthrantæoq; Cayco,
Et Xantho atq; Istro Viadrum fumantibus addes.
Dulcis hymen hymenæe, hymen ades ô hymenæe!

Fallor? an indomitos blandæ Cythereidos ignes
Frigore lympha queat sedare, an nympa calore?
Dulcis hymen hymenæe, hymen ades ô Hymenæe!

Terra jacet, bellatrici contermina ad Eurum
Sarmatiæ, medioq; diem quo spectat ab axe,
Titan, Marcomanos lambit, subiecta Polonis (ba,
Quondam. Terra opibusq; & Marte atq; arte super-

Ingenijs dives, Viadroq; interfluo amœna,
Nunc Aquilæ & Ducibus reliquis de stirpe Pyasti;
Sarmatiae veterum Regum qui stemma Pyattus,
Pare... Silesiam fama est dixisse minores
Quadorum priſco mutato nomine gentis.
Dulcis hymen hymenæe, hymen ades ô hymenæe!

Magnanimos inter Quadorum Heroas Adamus,
Ante annos curamq; gerens animumq; virilem;
Eminet: ipſe etiam deductus sanguine sanguis
Crusvicio. nam post Lescum geminosq; Populos;
Sauromatum vertente illo res, ſceptra Duceſq;
Vertere qui potis est, & verrere ſceptra Duceſq;:
Cracouiae indomitos fasces frenosq; minaces
Tradebant proceres parva de gente Pyasto,
At bonitate tamen Rectiq; cupidine magno.
Non genus aut proavi quondam, non aurea gemmis
Atria, non fastus, populivè coemta voluntas;
Sed probitas virtusq; viris ſpectata modestis
Eminuit, ſceptriq; viros in jura vocabat.
Inde Pyastides Semovitus Martia rexit.
Agmina Sarmatiae. is populos & regna subegit.
Vandala, & Arctoas quas Balthe verberat urbes.
Hujus erat pronepos, falſo qui nomine Divum
Exploſo, priimus ſacrâ Baptismatis undâ
Perfusus Regi dedit uni nomina C H R I S T O.
Ergo ejus proli ſceptrum ſacrumq; tiaram
Sceptriger imposuit ſummus primumq; BOLESlam
Regali caput augustum diademate cinctum.
Gnesna vides, OTTONE ipſi imponente coronam.
Illum continuò Viadrusq; & Bregela & Albis,
Et Wolga & Moravus gelidæq; Boryſthenis undæ
Tristi ſenſerunt jaculantem fulmina dextrâ.

Alter

Alter ab hoc patrias qui cepit M E S C U S habenas,
Huic consors thalam fuit addita Filia Rheni
Richsa Palatini : sanctæ cui munera formæ
Fataq; prudentem dederant cœlestia mentem.
Ipsa viro hortatrix, Aquilam ut reverenter haberet,
Nobiliumq; truces premeret morefj; superbos,
Pulsa odijs regno , gnato comitata, profugit
Clunacum. at Nemesis, Regumq; Deiq; feuera
Contemtorum ultrix , animo meditata nefandam.
Vindi&tam, infernis excivit sedibus Aten,
Sarmaticumq; novis concusso litibus orbem.
Ergo suum Proceres peccatum & numinis iram.
Agnoscunt. mora non , altum quâ vespere pontum.
Sol init, & liquidum quâ rorat ab æthere mane,
Qui regem quærant densi mittuntur. at illi
Solis ab occasu C A S I M I R V M , solis ad ortum.
Anquirunt, nullis fuit ipse repertus in aulis.
Cœca cuculligerûm retinebant limina Regem,
Vnde ipsum extractum, perfusi pectora magnis
Læticij, cupidi quassata in regna reducunt.
Ipse redux animos distantes pace ligavit:
Et Regno , Regem quæ contra admissa sciebat,
Condonans delicta sagax, mox publica rerum.
Vulnera sanavit. quo tanto principe lœtam.
Candida Sarmatiam pax prospœctavit Olympo.
Proximus huic LADI\$Laûs patriq; simillimus Heros,
Quiq; domi rem consilio , victricibus armis
Composuit foris, innocuæ pietatis amator,
Et Themidos pollens ardore potentis & æqui.
Filius huius erat DISTORTus nomine, factis
Impiger, intrepidus seva ad discrimina dextrâ.
Septimus huic supra denos quater agmine iusto

A 3

Pugna.

Pugnatus Mavors. Sed enim Mavorte beatus
In quantum ille fuit, tantum de laude beatâ
Subdola decerpit fratrnæ cædis imago.
Ex quâ funestam rex inclutus, Hercule major
Contraxit labem, compunctaq; pectora curis.
Heu fatum infelix! humanos fallere vultus
Facta hominum possunt, non fallere facta, Tonan-
At vos ne technas, Reges, audite facetas, (tem..
Compositosq; dolos, quîs justos scœpè maligni
Deturpant, puram delato gnaviter aurem,
Pellæi exemplo Juvenis servate benigni.
Regna, domos, urbes, scelerata calumnia solvit,
Verbera pro verbis fundens, pro melle venenum.
Est veri studium, quod firmat Regna domosq;
Atq; urbes, & mortales coelestibus æquat.
Fortunâ Patri Natus succelsit iniqua.
Qui fratum invidia patriâ turbatus ab omni
Post centum casus, post mille pericula tandem,
FRIDRICI saceri, imperij tûm colla prementis;
Ænea cuî dederat cognomen barba; labore,
Redditus est patriæ. quam dùm, LAdilaë, retentas,
Plodecum tibi vitam aufert, temetq; remittit
Ad veram patriam. Sequeris, MIZLAE, parentem,
Nam tibi fors, hominum nunc mater, nuncq; noverca,
Silesiam attribuit, quæ supra est, Sicula tellus
Te vocat ad lucis tibi debita fata supremæ.
Sextus ab hoc CASIMIRUS erat; Teschina Bohemo
Rura Jovi qui accepta refert. hinc ordine quartus
Descendit, qui Glogoviam Patresq; rebelles,
Ardentem subito justamq; erectus in iram,
Obruit & graviter mulcavit. Stenica furtæ
Sanguineasq; domos & pallida regna latronum,
Fundit.

Funditus evulsit terraq; evertit ab ima.
Hic nato vixit super annos quattuor, atq;
Ordine naturæ verso successeat, at illum
Posthumus interea exhilarat WENZlaus ADAMus.
Estq; nepos successor avi, gentisq; propago.
Quem, quando firmata virum jam fecerat ætas,
SIDONIÆ genitrix sociali fœdere junxit:
Sidoniæ, cūj prælca dedit magnam Angria stirpem.
Quis genus Ascanidum nescit, quis neciat Urlos?
Virtutesq; virosq; utriusq; & nomina gentis?
Hinc per avos atavos abavos tritavosq; parentem.
Deducit ZEDENA, viro post fata superstes:
Sincera Heroina fide, pietateq; præstans,
Moribus eximijs rutilans, & prole beata.
ADAMO WENZESLAO. tanti ergo Parentes,
Stemmata tanta Ducem hunc Adamum progenuerunt.
Dulcis hymen hymenæe, hymen ades o hymenæe!

Tempus erat viridi quo cincta cacumine sylva.
Nigrescit, varioq; iterum pulcherrima flore.
Stat tellus; redeunt genitalia semina rebus,
Atq; coronatas inter Charitesq; Deamq;
Idaliam medius tenero pede gramina pulsat
Candidus in crocea spectandus veste Cupido:
Quum per sollicitos erraret Adamus aprici
Carpathij saltus, trepidantia retia Cervis,
Atq; plagas teretes tendens spumantibus apris,
Purpureas Aurora fores & plena rosarum.
Atria vbi primum nitido patefecerat ortu.
Iamq; operi intentus, quis me gravis occupat, inquit,
Somnus, quisve Deus fluitantia lumina solvit?
Nec plura effatus, fatali tarda solutus
Flavicomas inter Narcisos membra quieti

Demittit

Demittit, Somno s^vaves afflante vapores.
Viderat hunc toto proflantem corde soporem
Aliger, Elysij quem Mater protulit hortis,
Et non hoc, dixit, tempus spectacula posceret.
Dulcis hymen hymenæ, hymen ades ô hymenæ!

Est cavitas, geminas inter projecta Cerebri
Parva nates, camerata, vitello haud amplior ovi.
Huic miras dicunt species inludere rerum,
Spiritibus variè cursantibus, humida postquam
Vis somni placidâ comprescit mole meatus
Nervorum ac sensus: vix Prothea credideris, se
Tot formasse modis. namq; hⁱc modò fingitur ingens
Armorum sonitus; modò sus; nunc horrida tigris;
Nunc Draco squamosus, flammæq; per æthera nantes
Conspersævè manus humano sanguine; quæq;
Pallida mors animas miseris mortalibus auferet.
Hac super A D A M V M Puer astitit, & mea posic.
Quantum ars, experiar, dixit, mox, cornea quâ se
Porta Dei, veris cincti & fallacibus umbris,
Effert, hac roseis labijs & nobile formâ
Idolum; simile os humerosq; oculosq; coloremq;
E L S Æ, quam magno peperit Dux Anna Gothardo;
Immittit, stimulusq; addit. simulatq; Curonum,
Hæce t Diva, Megalburgum quam detinet aula,
Auribus A D A M I deponit, & ustulat ægrum.
Nec prius absistit, quām ferro parvus acuto,
Quale Puer quondam ventoso in Apolline fixit,
Læsisset Juvenis trajecta per ossa medullas.
Dulcis hymen hymenæ, hymen ades ô hymenæ!

Obstupuit viæ correptus imagine formæ
ADAMUS, corpusq; putat vidisse, quod umbra est.
Nec satis est vidisse semel, sed fixus in uno

Vultu

Vultu hæret, Pario ceu factum ē marniore signum.
Miraturq; genas roseas, & Apolline crines,
Dignosq; Idalia digitos & eburneā colla.
Jamq; juvat conferre pedem, jamq; irrita fronti
Oscula & ambiguo circum dare brachia collo.
Ter conatus erat fallacem apprendere formam,
Ter conatus erat, ter imago ficta refugit,
Et portā, unde datur veracibus exitus umbris
Exiit. Excuditur somno VENZLAVS & imo
Corde premens umbram sic alta silentia rumpit:
Quæ maneant tandem me cunq; insomnia, flammæ
Exterior molles, & hiat cor vulnere grandi.
Vulnera sunt incussa mihi, nec Amazones ista
Vulnera fecerunt. Ultinam sed Amazones ista
Vulnera fecissent! Puer est. at quis Puer? arma
Qui gerit, & ferit antè armis, quam providus hostem
Quis videat. Puer assiduis qui mobilis alis
Corda volare facit, coeco quæ læserit arcu.
Ultq; orbem lædat, toto volat impiger orbe.
Quomodo sed posthac toto Puer orbe volabit,
In me letiferas tandem qui perdidit alas?
Ille meo vigil excedet de pectore nusquam.
Et geret assiduum nostro cum sanguine bellum.
Cæsariana cohors tot non assaultibus Istrum,
Argolicusvè aries concussit mœnia Trojæ.
O, stultos, Regina Gnidî, quæ dirigis ignes,
Sit mihi fas licito peccasse cupidine! si quid
Peccârit, lictis metis qui claudit amorem.
Quæq; JOVES, Erycina potens, divosq; Supernos
Quæq; feras domuisse vales, domita ELISabetham:
ELISABEN properè domita. fac ignibus æquis
Urat me, quæ me non æquis ignibus urit.

B

Tuq;

Tuq; caput carum, rosa, purpura, regia Virgo,
ELISABETHA, hospes magni nunc incluta VArni,
Ulterius nunquid placito pugnabis amori ?
Desine, res gravis est placito pugnasse calori.
Desine, quid veneri armatae pugnabis inermis ?
Martembella decent, furtivos asper ad iectus
Decubuit Veneris Mavors, verum quid inermem.
Te voco ? quam rerum alma parens dulcedine formæ
Armavit melius, truculentum ac ungue Leonem ?
Nam quid ego memorem quos vidi vertice crines ?
Crines ? non crines, adamantina vincula crines,
Quis me constringis Dea fortius, Andromeden quam
Impius ad duras cautes religaverat Ammon.
Blandula candidulo quæ splendet ab ore venustas
Est jecori funesta meo, sunt spicla, labella :
Flammeolum flamma est: sunt lumina fulmina : fulmen
ELISABETHA oculis vibras, quod corpore salvo
Cor liquat, integris exauritq; ossa medullis.
Vicisti, hoc habeo : ferrum submitto : manus do :
Tu modo nos contra verso ne pollice tævi.
Dulcis hymen hymenæ, hymen ades ô hymenæ !

Finierat juvenis, sed non tamen ille calorem,

Finierat, petit interea Cytherëis Hypæpas,

Hic vbi Mæonio pronatæ sanguine neptes,

Pectinis ingenium exercent, & stamine docto

Virgatum Tyrijs impellunt vestibus aurum,

Artificiq; manu chlamydes & pallia pingunt.

Harum vnam, fusos & acus quæ LEda regebat,

Alloquitur Cytherëa : soror, si numina fas est

Humanos mulcere animos prece supplice, supplex

Te pallam posco signis auroq; rigentem,

ELISABÆ, reginæ atavis quâ regia surgunt,

Cornua

Cornua Bucephali : quæq; est patre Martia Princeps
Stirpis, vivacem Cervumq; Alcenq; gerentis.
Dixerat, atq; comis divum spirabat odorem,
Et vultu atq; oculis Dea Cypris vera patebat.
Obstupuere Deâ visâ, fatumq; subibat.
Idmonias neptes aviæ, sed Leda timore.
Excuso paucis contrâ hæc pudibunda profatur :
O quæcunq; Dea es, tuus explorare quid optes
Nonnè labor? nobis te spernere nonnè piacum?
Idmonijs manibus pieta jam parte superstes
Stamen erat, grande aulæum, Iovis aula domusq; :
Veram aulam verasq; domos ac regna putares.
Namq; ibi per Geminos haud rectâ perq; sagittam.
Deductus circus lactis candore perenni
Albus erat, senis bis partibus hîc, Capricorno,
Et Libra, & Tauro, & Geminis, & Virgine, & Urna,
Atq; his oppositis, obliquo Baltheus orbe.
Cælato insignem faciebat lumine mundum.
Proximaq; huic ingens, æquo libramine vtrisq;
Spira polis distans totum cingebat Olympum.
Tum per Lanigeri currebat perq; Bilancis
Principium Limes, primam partitus eisdem
Mensuram punctis ; obliquis, signa ferentem.
Iamq; operi instabant acres, emerserat Vrsæ
Cum pedibus cervix primis, pollexq; flagrante m.
Strinxerat ore canem & clavum signaverat Argûs :
Tollite cuncta, inquit, coeptas q; hinc tollite telas,
Idmoniae neptes, Divæq; advertite mentem.
Præcipitate moras. tantumq; effata, sed illæ
Protinus incubuere omnes, oper umq; laborem
Sortitæ pariter informant vndiq; pallam.
Pars gracili Tyrias intendunt stamine telas.

Affyrias pars armat acus, pars licia p̄̄ebet.
Omnigenis infecta modis, fert illa metallum.
Ductile Dalmaticum. Phrygias hæc porrigit umbras.
Fervet opus, cinctæq; omnes ad pectora vestes.
Utuntur manibus rapidis, cunctamq; ministram.
Pertentant artem, designat Leda laborem.
Dulcis hymen hymenæe, hymen ades ô hymenæe!

Septima jam turgens revehebat lumina Titan,
Extremas cum palla manus sentiret, at illam
Imbuit exemplo ambrofio Venus aurea succo,
Quo furiare solet Divosq; hominesq; JOVEMq;
Et noti simul induitur faciemq; comamq;
Mercurij, penetratq; per omnia tela viarum,
Inq; Herulis tandem Dea candida constitit oris,
Quâ se Gustrovij præcelsa palatia tollunt,
Dona ferens. utq; ELISABEN in valle reducta,
Inter Hamadryadas versantem forte Sorores
Vidit : ab Alphaa missus tibi nuncius aula
Adsum, inquit: magni gratissima cura Tonantis,
Deliciæ matris, fratrūq; amor ELISABETHA!
Promissam vestem, promissaq; munera portans.
Dixerat.. ELISABE matris mirabile donum
Miraturq; interq; manus & brachia versat.
Illa oculos nequit expleri ardescitq; tuendo
Insignem pallam & non enarrabile textum.
Illic Bucephali longo ordine sceptra videres
Crescere, Pellæo deductam tempore gentem;
Antyrios, centumq; Duees, centumq; Dynastas,
Quemq; sua inscriptum facie. spectas! LEO NEM
Hic erat, ingenti PRIMLAU M clade domantem,
Atq; ipsum Christi cogentem vincula subire.
Illi jugum constans suffert, iterumq; resurgunt,
Mœnia.

Mœnia Megapoles, collapsaꝝ; castra Rosarum.
Nec procul hinc pronepos. Primiſai. Janus in urbe,
Sequanidum, doctusꝝ; Dei & pietatis amorem,
Supremosque ferens ſacri Doctoris honores
Visitit. hic priſca flagrantem relligione,
HENRicum, & ſtudio accenſum ſacræ urbis & orbis;
Urbs Christi mortis, factorum conſcius orbis
Mancipat ad feros laqueos & vincla Canopi.
Unde iſum quintum post luſtrum torrida Memphis
Eximit, exētum rurſus rapuere feroces
Piratæ, tandem Cyprus tamen excipit illum,
Atqꝫ larem ad patrium Massylia docta remittit.
Stabat & hic patri natus cognominis, heros
Ore, Leo factis pietate fideꝝ; verendus,
Illum indignantemꝝ; & circum caſtra frementem
Aſpiceret, Cimbro forti dum Marte Roſetum
Eripit. Haud procul hinc Pragam gestire videres,
ALbertoque, Ducum imperij quem CAROLus albo
Intulerat, lætam Paſtanos ſpargere flores.
Ibat ovans animis iſiſus binosꝝ; catenis
Conſtrictos Gryphos, & grandi torque decorum
Quadrupedem & niveo infligine candore trahebat.
Hic exultantem Magnum, roſeaꝝ; corona
Ornatum frontem, Muſisꝝ; & Apolline cinctum
Cernere erat. pætis quem parvula Neptis ocellis
Aſpicit Anna, illam ſtant circum cœrula Dwinæ
Littora & irrigui Saltus properantis Aboæ,
Ac pubescenti flores & lilia ſpargunt.
Talia per pallam generoſæ dona Parentis
Miratur, Venerisque dolorum neſcia versat,
Quoꝝ; magis versat, tanto magis æſtuat igne.
Quisqꝫ ait hic Deus eſt ignotus, noſtra calenti

B 3

Pectora.

Pectora qui igne rotat. simul & nota tecta reuisit.
Dulcis hymen Hymenæe, hymen ades ô hymenæe!
Heruleam interea diffundit fama per aulam,
Carpathijs venisse jugis, qui sœdere lecti
ELISABEN poscat socio, sacrosq; hymenæos
Discupiat. vah ignotus per membra quid ardor,
Auguror, iste velit, virgo inquit. pronuba Juno
Da lignum, flammamq; istam bona dirige nostram!
Vix ea. Jamq; pedes altæ generosus Adamus
Intulerat domui: cœlo ruit ecce hymenæus
ELISabenq; Hymen jam pridem mutua corde.
Vulnera anhelantem, generoso spondet A D A M O.

Salvete illustres animæ! non hispidus imber,
Totvè Austri, Balthen sœvis vexare procellis
Haud veriti toties, nec hyems, nec frigora, vestros
Solvere, nec duri Thraçes, potuere calores.

Ergo felici jam vobis omne tæde
Affulgent, quintaq; sui quæ basia parte,
Perfudit Cytherea, Hymen dat basia vobis
Pangere. mox etiam non tantum basia. sed tu
Sponse, licet properes, cursum moderare, beatum
Diuide, sponsæ, diem, tu gaudia noctis habebis
Solus. sponsæ, diem cum illis, quos venit ad omnes
Læticiae sensus vestræ, partire, tuoq;
Qui gaudent thalamo! viden' ut generosa virûm vis
Se ferat, & circum stans tædas turbine denso
In geminet plausus, & plausu personet aula?
Parte vna Herulus stat princeps, tempora lauro
Victrici incinctus, manibus dans lilia plenis.
Aspice, quantus honos frontis! quæ grata severis
Fulguret ex oculis gravitas! quæ gratia canis
V L R I C I interfusa genis! Di pectora tanta.

Huncq;

Huncq; Pātrem patriæ seruos seruetis in annos.

Pone subit leni cum Maiestate decora

ANna Socrus, soror ULRICI, & secum agmina ducit
Virginea, & caitas veneres. illæ ecce sonantem
Alterno terram quatiant pede; qualè per herbas
Nymphis juncta choros sub lunam Cypria ducit.

Stant & magnanimi Juvenes, magni incluta proles
GOTTardi: decus Eunomies, par nobile Fratrum,
FRIdricusq; & GVILhelmus. quantum instar in ipsis,
Supra annos, Ducibus! quām conspiravit amico

Fœdere cum molli Gravitas matura juventa!

Hos inter medios se fert amor ELISABETHA

Ille tuus, niveo Latonæ blandior igne,

Pulcrior auricomâ stellâ, WENzlaë, Diones:

Cui facies cultum decorat, facieq; venusta

Pulcrior est animus pulcroq; in corpore virtus.

Salvete illustres animæ! vobis Hymenæus

Ecce nuces spargit maturus. tollite discos,

Iamq; columbatim committite labra labelli s.

Salvete illustres animæ! bona Pronuba faxit.

Teschiniâ nonam post lunam parvulus aulâ

Vagiat ADAmus, proavos præstantibus ausis

Qui referat, magnaq; æquet virtute parentes.

Quem Thrax formidet crescentem: quem horreat Ister

Lorica tectum triplici, clypeoq; coruscum.

Interea, illustres animæ, placidissima vestrum,

Coniugium canos Concordia seruet in annos:

Annorum donec saturos lux transferat una

Vos ad odoratos campos, vbi perpetuum ver

Permixti divis agitant Heroes, & int:r

Purpureasq; rosas & flavicomas narcissos

Illudunt violis, alternaq; carmina pangunt.

Celebrabantur Nuptiæ Teschinij XVII. VIIbr. Anno 1595.

Habent Ceterum per rite etiam
Ipsius spiritus iuri sive iuris scriptis
Aetas socius iuris Trifigie et cetero iuris scriptis
Autem et cetero iuris scriptis
A cetero etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Cetero iuris scriptis
Cetero iuris scriptis
Cetero iuris scriptis
Festus etiam iuris scriptis
Sapientia etiam iuris scriptis
Praecepta etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Etiam iuris scriptis
Cetero etiam iuris scriptis
Cetero etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Lectori etiam iuris scriptis
Sapientia etiam iuris scriptis
Hece hucus ceteris etiam iuris scriptis
Festus etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Cetero etiam iuris scriptis
Tunc etiam iuris scriptis
Vagis etiam iuris scriptis
Quoniam etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Cetero etiam iuris scriptis
Vagis etiam iuris scriptis
Quoniam etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Cetero etiam iuris scriptis
Vagis etiam iuris scriptis
Quoniam etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Iuris scripti etiam iuris scriptis
Cetero etiam iuris scriptis
Vagis etiam iuris scriptis





In squallor
 Lug
 Ante alios
 Ex t
 Præcipue
 Ocœt
 Namq; lic
 Contr
 Iam tamen
 Assia
 Crediderim
 Adsp
 Nati, qui,
 Nomi
 Sed quoq; c
 Cun
 Non pote ei
 Natu
 Abstineat,
 Tanqu
 Quidrefera
 Qui P
 Atq; mihi ha
 Visus e
 Attamen ha
 Heu qu

bro se quisq; peremptum

ita! perciti amaritie:

par, V L R I C E, Sororum

os mentis inopsq; obitu;

bæbi mysta Caseli,

unice Palladii.

septum noxia pectus

iutriusq; siet:

presum nube doloris,

fleui habuisse genas

ultim cum fleibile corpus

am feretro impositum,

et te Patrio donarat

itrà tibi carus erat:

lli in vultum serpere tabes,

veneno inficere occiperet.

t, matris, ut, insita quisquis

semina, cordolio

os cadere immatura,

lilia falce, videt.

e sient hec funera cunctis,

ut nomina et Aonis in?

amq; ut tibi tempore nullo

V L R I C E, mili fueris:

ad luctu servire, Parentis

ui cum mihi prælegeret

Scripta

